

te maken en blz. 82 wordt een oorkonde gegeven « selon les nus (sic) et coutumes de Laon », wat in strijd lijkt met het bovenvermelde heilige karakter van dat stadje. W.M. GRAUWEN, O. Praem.

D. KNOWLES, *From Pachomius to Ignatius. A study in the constitutional history of the religious orders.* 98 pp. Ed : Clarendon Press, Oxford. Pr. : 15 s.

« Historia magistra vitae » est adagium iam a saeculis notum et merito prae oculis habendum. Etiam, aut, si vis, potissimum, ubi agitur de fovenda vita religiosa monasteriorum. Ideo, dom Knowles, qui per plures annos fuit lector sagax historiae ecclesiasticae, opus vere laudandum peregit edendo expositiones quas habuit de historia constitutionum Ordinum religiosorum. Sane, 98 paginae non sufficiunt ut omnia singula ad hanc materiam ditissimam pertinentia indicari possint. Synthesim substantialem tamen praebere possunt. Et, in casu praesenti, revera praebent. — Incipiendo a « monachis », qui, soli, Deo vacare intendebant, mox institutum quoddam religiosorum fundatum fuit a Pachomio. Deinde S. Benedictus opus iam peractum perfecit. Postea accedit, iuxta Knowles, Cluny (909-1156); sequuntur « Ordines novi » (pp. 16-23); Cistercium (pp. 23-30); variae formae vita religiosae, saeculi duodecimi : Cîteaux, Prémontré, etc., (pp. 31-40); Fratres Minores (pp. 41-49); Ordo Praedicatorum (pp. 49-58); transitus ad mundum modernum (pp. 59-68), in quo fuse tractatur Societas Iesu. In ultimo capite tandem exponitur evolutio doctrinae obedientiae, prout elucet in et ex variis formis vitae religiosae; in qua expositione, « magistri » vitae religiosae, uti Cassianus, Benedictus, Dominicus, Franciscus, Ignatius, potissimum, et merito quidem, considerantur. — E conspectu contenti huius libri, patet hic solummodo tradi lineas generales. Quae a peritis in re facile penitius exponi possent. Ita, v. gr., ortus et evolutio instituti Canonicorum regularium quodammodo neglecta dici debent. Etiam Ordo noster Praemonstratensis non multum consideratur. Verum, cum nihil magis intendat doctus Auctor quam lineas generales thematis sui proponere, vanum esset in talibus immorari. Nam fatendum est in hoc parvo volumine intentum Auctoris-substantialia referre pro periodo historiae considerata in conferentiis — vere ad foelicem effectum deductum esse.

J.B. VALVEKENS, O. Praem.

Mgr N. CALMELS, *La Vie du Concile.* Ed. Robert Moral, Le Jas, 04, Forcalquier.

Nombreux sont les auteurs qui ont raconté le Concile : journalistes qui ont cousu ensemble leurs articles de chaque jour; théologiens qui ont mis au point les rapports batailleurs qu'ils donnaient périodiquement au public; observateurs non catholiques qui ont voulu exprimer leur satisfaction, avec naturellement quelques regrets; et